



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 70. Sessio quadragesima. De reformandis a futuro Pontifice.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

Sæcul. XV. mationis capitulis deliberaturæ, no-  
A. C. 1417. minatique ab Imperatore Deputati, qui  
Schelstrat. unacum Cardinalibus modum eligendi  
Comp. chron. Pontificem definirent. Quæstio, an Car-  

*p. 68.*

dinales, ut tales vel solummodo ut sua-  
rum Nationum deputati ad proximam  
Papæ electionem concurrerent, magna  
animorum contentione in duabus vel tri-  
bus Congregationibus agitata fuit, tan-  
dem die vigesima octava Octobris com-  
muni suffragio conclusum, quod sex Depu-  
tati cuiuslibet Nationis unacum Cardi-  
nalibus in electione Pontificis suffragii ju-  
re gauderent, & hoc Cardinalium consi-  
lium approbatum fuit, additis tamen qui-  
busdam limitationibus. Nil igitur reli-  
quum erat, quam ut ea, quæ Cardinales  
inter, & Nationes conventa fuere, rati-  
haberentur, cui negotio sequens sessio  
dicata erat.

### §. LXX.

#### *Sessio quadragesima. De reformandis a futuro Papa.*

**S**essio quadragesima habita est Sabbato  
die trigesima Octobris absente Impe-  
ratore. Sacro per Cardinalem de Urli-  
nis celebrato, Cardinalis S. Marci legit  
decretum, quo futurus Papa Ecclesiam  
reformare adstringeretur. En illius te-  
norem: *Sacrosancta generalis Synodus Con-*  
*stan-*

flantensis, in Spiritu sancto legitime con-Sæcul. XV.  
gregata, universalem Ecclesiam repræsen-<sup>A. C. 1417.</sup>  
tans, statuit & decernit, quod futurus Ro-  
manus Pontifex cum hoc sacro Concilio vel  
deputandis per singulas Nationes debeat re-  
formare Ecclesiam in capite & in membris,  
& curiam Romanam secundum æquitatem,  
& bonum regimen Ecclesiae, antequam hoc  
Concilium dissolvatur, super materiis arti-  
culorum alias per Nationes in reformatorio  
oblatorum, quæ sequuntur.

I. De numero, qualitate, & natione  
Cardinalium. II. De reservationibus Sedis  
Apostolicæ. III. De Annatis, communibus  
servitiis, & minutis. IV. De collationibus  
beneficiorum & gratiis expeditatius. V. De  
caussis in Romana Curia tractandis, vel non  
VI. De Appellationibus ad Romanam Cu-  
riam. VII. De Officiis Cancelleriae & Pœ-  
nitentiariæ. VIII. De exemptionibus & in-  
corporationibus tempore schismatis factis.  
IX. De Commendis, X. & Confirmationibus  
Electionum, XI. De fructibus medii temporis.  
XII. De non alienandis bonis Romanae Ec-  
clesiae. XIII. Propter quæ, & quomodo Pa-  
pa possit corrigi vel deponi. XIV. De ex-  
tirpatione simoniacæ. XV. De dispensationi-  
bus. XVI. De provisione Papæ & Cardi-  
nalium. XVII. De Indulgentiis. XVIII.  
De Decimis. Synodus subjunxit, quod fa-  
cta per Nationes deputatione, ad efficien-  
dam

Sæcul. XV. A. C. 1417. dam hanc reformationem, liceat aliis de li-  
centia Papæ libere ad propria remeare.

## §. LXXI.

*Aliud Decretum de absentia Cardinalium Benedicti.*

**C**onditum est adhuc aliud decretum, quod juxta mentem articuli Narbonensis Capitulationis de admittendis ad Synodum Cardinalibus Petri de Luna, statuit: *Cum post notoriā ejectionem Petri de Luna præfati Cardinales infra tres menses expectati non venerint, fore ad electionem Romani Pontificis procedendum, non obstante ipsorum absentia; quos si ante consummatam electionem venerint, & eidem Concilio adhæserint, ad electionem admittendos declarat.*

## §. LXXII.

*Decretum de modo & forma eligendi Papam.*

**T**ertium insuper Decretum lectum fuit de modo & forma eligendi Papam, cuius hæc est summa: *Ut electio futuri Pontificis firmiori auctoritate & plurium roboretur assensu, & ne ulla retractatio ullus ve scrupulus in mentibus hominum resideat, sed ex illa sequatur unio certa, vera plenissima, & perfecta fidelium, S. Synodus de speciali & expresso consensu Cardinalium ordinat*